Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



gallus cantet ter me negabis. Et egressus foras
fleuit amare. Et uiri qui tenebant ihm. illu
debant ei cedentes. Et uelauerunt eum et percu
tiebant faciem eius et interrogabant eum dicentes
Prophetiza. Quis est qui te percussit. Et alia multa
blasphemantes dicebant in eum. Et ut factus est
dies. Conuenerunt seniores plebis et principes sacer
dotum et scribe et duxerunt illum in concilium
suum dicentes. Si tu es xpc dic nobis. Et ait illis.
Si uobis dixero. non credetis mihi. Si autem et inter
rogauero non respondebitis mihi neque dimittetis.
Ex hoc autem erit filius hominis sedens a dextris
uirtutis dei. Dixerunt autem omnes. Tu ergo es filius dei.
Qui ait. Vos dicitis quia ego sum. At illi dixerunt
Quid adhuc desideramus testimonium. Ipsi
enim audiuimus de ore eius. Et surgens omnis
multitudo eorum duxerunt illum ad pylatum.
Ceperunt autem illum accusare dicentes. Hunc
inuenimus subuertentem gentem nostram et pro
hibentem tributa dari cesari et dicentem se xpm
regem esse. Pylatus uero interrogauit eum dicens
Tu es rex iudeorum. At ille respondens ait. Tu dicis.
Ait autem pylatus ad principes sacerdotum et tur
bas. Nichil inuenio cause in hoc homine. Qui